UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

5. Demonstratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

Visual Library

cõcedentes iuriſdictionem iudici, qui per eas deputatur, requirunt neceſſariò ante iudicij initium eas expeditas eſſe, ita vt ſi incipiatur iudicium anteà, nihil valeat, *l.* 8. *tota d.* 29. Vtrũ autem requiratur ſemper ſcriptura ad probationẽ gratiæ, non reſoluit Doctor, ib. *nu.* 8.

16 Poteſtas delegata ad diſpenſandum in votis, vel iuramentis Deo factis, nõ extenditur ad cõmutandum. Item poteſtas ad diſpenſanda, vel commutanda vota, non extenditur ad iuramenta, quando iuramentum eſt independenter à voto: ſecùs, ſi eſt in confirmationem voti. Tamen poteſtas ad diſpenſandũ, vel relaxandum iuramenta ſoli Deo facta extenditur ad vota, *l.* 8. *diſp.* 3. *à n.* 14. *vſque ad* 23.

Demonſtratio.

1 Demonſtratio, v.g. (accipio te quæ, vel quia es ſterilis, vel quia procuras venena ſterilitatis) per ſe ſumpta nunquã ſuſpendit, nec vitiat matrimonium cuiuſcunq; ſit qualitatis, ſiue ſit turpis, ſiue contraria ſubſtantiæ matrimonij, ſiue vera, ſiue falſa ſit, habetur pro non adiecta, ac firmum manet matrimoniũ. Secùs dicendum, quando apponitur per modum cõditionis; tunc enim ſi fuerit turpis, reijcitur: honeſta ſuſpendit, ſi contraria ſubſtantiæ matrimonij, irritat, & ſi apponatur vt modus ſi ſit contrarius ſubſtãtiæ matrimonij, irritat, ſi impoſſibilis, vel turpis, reijcitur; ſi neceſſarius, habetur pro impleto; & ſi eſt honeſtus, & poſſibilis, non ſuſpendit, *l.* 5. *d.* 19. *à n.* 1. *vſque ad* 16.

De-